



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 22. Bonifacium urbs a Turcis simul, & a Gallis obsessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Advenerat illuc etiam Joannes Bernar- Sæcul. XVI.
 dinus Sanseverinas Somæ Dux cum A.C. 1553.
 undecim Italorum signis, eumque Valeronus sex Gallorum vexillorum Dux
 comitabatur. Præmittebatur Somæ
 Dux cum suis, qui Bastiam in littore
 Etruriæ opposito sitam aggrederentur:
 cum vero civium potissimi ad arcem
 confugerent, ac primo deditioñem fa-
 cere Regis nomine iussi recusarent, di-
 splosis belli tormentis territi tandem se
 dedere coguntur: appulsa autem reli-
 qua classe Thermus continuo S. Floren-
 tii oppidum, quod prius se Valerono
 dederat, contendit, illudque muniri
 iussit, misitque Sanpetrum Ornanum
 ad oppidum, quod Ajazum vocant,
 Mercatoribus Genuensibus frequens,
 atque opulentum, id vero mox primo
 impetu captum, ac militi Gallo in præ-
 dam concessum est, Corsis etiam Ge-
 nuensium sibi infestorum opes avide di-
 ripiens.

§. XXII.

*Bonifacium urbs a Turcis simul, &
 a Gallis obseffa.*

Altera ex parte Dragutes cum suis *Belcar. l. 26.*
 obsidet Bonifacium, quod oppidum *Thu. l. 12.*
 olim Palla Ptolomæi dictum meridiem
 versus Insulam respicit, portumque ha-
 bet longe opportunissimum unacum ar-
 ce

Sæcul. XVI. ce a Genuensibus constructa. Urbem
A.C. 1553. ergo ambæ classes tam Turcica , quam

Gallica belli tormentis diutissime verberant: cum autem parum proficerent, amissis jamjam septingentis , aut ferme octingentis tam Gallis , quam Turcis, tandem quidam Tribunus nomine Nasius ex Provincia ortus , quem Thermus Gallorum Bellidux Draguti Turce comitem adjunxerat, suorum amicorum quosdam ex obseisis invisendi praetextum obtendebat, hac vero ratione signo dato nonnullos ad se evocabat, eisque tam gravibus verbis proponebat periculum , cui se se pertinaci sua resistentia exponerent, ut vitam, resque suas salvas pacti, ditionem facerent, spe eis a Nasio facta, quod nulla eis vis foret inferenda. Ea res haud parum offendebat Dragutem , qui optimam hujus urbis prædam sibi e fauibus eripi indignabatur , jamque in eo erat, ut interveniente alio eventu tota urbs expilaretur; cum enim prædiarii milites urbe exirent, Janissarorum quidam conspicatus militem, qui Sclopetum non minus egregium, quam affabre elaboratum gestabat, illud sibi vindicare, atque e militis manu eripere conatus est, hic vero hanc injuriam minime ferens eodem Sclopeto Janissarum trajecit, ubi pariter ali⁹ Turcæ, qui huic

Urbem quam vererent, ferme urcis, e Na Ther Turce mico i præ ratio cabat, pone ci sua res m fa d nul haud i op fauci in eo i tota præ ssaro , qui quam d sibi eripe uriam nifla , qui huic opem laturi accurrebant, itidem ^{Sæcul. XVI.} occisi fuere: unde ceteri in rabiem acti ^{A.C. 1553.} veluti canes in miseros urbis præsidarios irruerant, eorumque nonnullos trucidarunt, vixque Nasius ipse, qui de eorum incolumitate suam obfessis fidem obstrinxit, tumultum sedare poterat, nec etiam periculo sese subduxisset, nisi Dragutis opera fuisset eruptus.

§. XXIII.

Urbs deditione facta, Gallis a civibus tradita.

Tumultu tandem sedato Dragutes pro missam pecuniarum summam, qua cives urbis deprædationem redimebant, sibi numerari postulabat. Porro cum viginti aureorum millia pendere cives juberentur, hæcque summa populi ali unde pauperis, ac bello plurimum exhausti vires excederet, hinc illam numerando impares erant, unde Dragutes tam insano agitabatur furore, ut damnum reparatus præter plurima belli tormenta quamplurimos Christianos in captivitatem velut mancipia abstrahe ret, ac opima præda onustus insuper duodecim Gallos Centuriones secum ab duceret, tamdiu illos detenturus, do nec ipsi plene satisfactum esset.

Hist. Eccles. Tom. XL. Oo §. XXIV.